



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Radegvndis Regina. 13. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

periebat, usque dum omnia in unum confusa vi-
trici in cælum viam fecerunt. Ex Prudent.

*Spem tuam omni horâ in Deo pone, & quidquid
tibi accesserit, siue bonum siue malum, ex toto cor-
de semper dic, Deus in adiutorium meum intende.
Si vis saluus esse, versiculus iste de corâe tuâ non
recedat: cum ipso dormi, & cum ipso vigila.* S. Aug.
serm. i. de Iejun.

S. RADEGVNDIS REGINA.

13. Augusti.

SAlve nitidissimum coronæ Gallicæ liliûm, Sal-
ve RADEGVNDIS! & tu Mariane, eia mecum
odoribus pascere, quibus cælum gaudet. Superi
Regis filia, & Regi nupta ecce mendicabilis fa-
mulatur, opobalsama ducit pædorem & nauteam:
exesa scabie capita & quas lingua nominare fugit
ultimas sordes dignas gemmas putat, quas regâ
manu tractet. Inter delicias esurit, inter fœlerna
fitit: purpuram pulchrè cilicio suffulcit: superbit
tergemino torque sed ferreo, sed carni nude jam
innæo potius quàm illigato, quid? annè regnum
etiam calcet generosa? ecce aulam Ascetenti,
Clotarii lectum Christi thalamo permutat. Quid
amplius à feminâ sperem? & tamen nescio quid
amplius amor ingeniosus meditatur, En flammæ
hic subdit, manum armat, teneam candentemque
plus à suis quàm alienis ignibus Christi effigiem
corpori inurit, dum cordi cupit. Falleris ô RADE-
GVNDIS si animo insculptum nec dum credis. Inde
prototypon manus sunt mutate. Nimirum hæc
erlo vim faciunt. Adest Deus amatus & amantis
etiam ipse vultum induus blanditiis amantem
demulcet, & coronæ suæ pulcherrimam eam
coniocem appellat. Sed & paranymphii Angeli
Sponsæ

sponsæ morienti adfuit, & cantu ah nimum suavi animulam evocant. Quid ò Angeli! quid suum terris lilium eripitis? Ah alia saltem celo semina spargite. despero; imò ex horto Mariano spero.

En Surio.

Christus opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, spina, flagella, spineam coronam crucemq; sustinuit: Et nos miseri ad nostram confusionem uno sermone fatigamur, uno verbo dejicimur? Isidor. de summo bono.

B. STANISLAVS KOSTKA.

14. Augusti.

STANISLAVS ex illustri apud Polonos Kost-
skarum familiâ, cum Viennæ Rhetoricæ ope-
ram daret, Mariam ferè laudandam sibi sumpsit,
latum videlicet oratori campum. A fratre majore
etiam verbera passus, non tamen ideò minùs aut
virtutem coluit, aut sacrum epulum frequentavit,
ad quod semper pridiano jejuniò famem acuebat.
Inde hoc ipsum ægro, cum ter irruentem in se Sty-
gis Cerberum Crucis signo fugasset, D. Barbara
inter Angelos ministravit; mox ipsa MATER lau-
gentem recreavit, collocato puero IESU in de-
cumbentis lectulo: abiens deinde monuit, Socie-
tati IESU nomen daret. Cui rei cum obicem posi-
turi essent frater ac parentes, fugâ elapsus Dilingæ
in convictorum ædibus tam nobilis hospes me-
diastinum egit: Romæ in Societatem receptus
iis divini amoris facibus arsit, ut recreare frigidâ
pectus æstuans fuerit necesse. Itaque celo jam
natus cum prælegi sibi patronorum nomina
(menstruorum præcipuè) jussisset, nunc in IESU
effigie vulnera, nunc in MARIÆ ubera descu-
lans, & utriusque nomina inclamans expiravit,
pridie.